



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

247. feria 3. de remedijs contra obices virtutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

440 *Feria 2. Domin. 11. post Pentecost.*

*Conf. 1.* Instrumenta virtutum, unde celestia consequi possumus, sunt 1. Cognitio virtutis clara, cum distinctione à vitijs eam mentientibus. 2. Appretiatio ejus, seu æstimmatio super omnia alia creata. 3. Postulatio ab ejus donatore Deo. 4. Diffidentia sui. 5. Desiderium virtutis. 6. Intentio actualis operandi ex fine virtutis. 7. Robur mentis in quærenda constanter virtute. 8. Particularis Examen de ea, & opposito vitio. 9. Frequentatio actuum virtutis internorum, & externorum. 10. Non omittenda occasio exercendæ virtutis. 11. Vita ad leges ordinata. 12. Custodia legum statûs proprii.

*Conf. 2.* Quomodo Regem virtutum flectere possim ad eas mihi elargiendas. 1. Salvatorem pro ijs glorificabo. 2. Peccati contra eas indulgentiam postulabo. 3. Easdem virtutes desiderabo, & petam. 4. Instrumenta pro ijs exercendis memoriter tenebo, ut exerceam earum actus. 5. Petam gratiam exercendi, quod proposui.

MEDITATIO CCXLVII.

*Feria 3. Domin. 11. post Pentecost.*

*De remedijs contra obices Virtutum.*

**V**idebo valla, & macerias ex spinis confectas, tentationes variè ortas, quibus dum



*Feria 3 Domin. 11. post Pentecost. 441*

dum non resistimus, aut resistere nescimus, virtutum arcem non obtinemus. Petam remedia contra hos obices.

*Cons. 1. Dæmoni, & ejus moribus resisti debere Fide, juxta illud 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in Fide. Ideo, cum Satan venerit, utendum argumentis ex Scriptura sacra, exemplo D. JESU, Matth. 4. Vade satana: scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Deut. 6. 2. Reijciendus contemptu: Vidi satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Luc. 10. 3. Expulsione: Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, corruisti in terram, ad infernum, in profundum laci. Isai. 14. 4. Instantia cum S. Michaele: Quis, ut Deus? Apoc. 12. Et imperet tibi Deus. Judæ Epist. 5. Reprehensione cum Ezechiele cap. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiâ, perfectus decore, in delicijs paradisi fuisti. &c. Repleta sunt interiora tua iniquitate, elevatum est cor tuum, peccasti, perdidisti sapientiam tuam, &c. 6. Maledictione. Matth. 25. Ite maledicti, seu, experiamini nunc illos cruciatus, quos die judicij rebelles Deo spiritus sentietis. 7. Gaudio de ejectione ejus: Projectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, quæ vocatur Diabolus, & satanas, qui seducit universum Orbem, & projectus est in terram, & Angeli ejus cum eo, &c. Apoc. 12. Et audi vi*



442 FERIA 3. DOMIN. 11. POST PENTECOST.  
VOCem magnam in celo dicentem: Nunc est salus  
& virtus.

Conf. 2. Reijciendus satan veritate, ut  
pro dæmonibus tanta fecisset Deus, quanto  
pro me, o quanto meliores essent! vel hu-  
miliatione: Nos quidem digna factis recipimus,  
Luc. 23. Vel imperio, ut: In nomine DEI  
discede, o spurcissime spiritus. Habet B. Bri-  
gitta, quod dæmon ad nomen JESU &  
MARIÆ coherrescat, ad aquam bene-  
dictam fugiat; vel justâ vindictâ, ut: Tace  
dæmon, proximâ communionem gratias a-  
gam, quod sis in inferno; Benedictus ille,  
qui ita tuam punivit malitiam; denique re-  
ponam memoriæ illud D. Jacobi: *Resistite  
diabolo, & fugiet à vobis.* cap. 4. Hæc veritas  
accusabit me coram DEO, si consensero  
tentationi.

Conf. 3. Originem, propter quam vitia  
sunt, esse amorem alicujus boni apparentis  
vel odium apparentis mali. Unde qui a vir-  
tute non vult deficere, bene discernat ma-  
lum, vel bonum apparens à vero. Optime  
hæc discernit, qui afflictionem sui quærit:  
Quia, si ab inordinato appetitu procedunt  
illa apparentia bona, vel mala, cum affli-  
ctione ordinetur appetitus, igitur affligendo  
se discernet inter bonum verum, vel appa-  
rens. Hæc est doctrina D. Petri: *Qui patitur  
desinit*



*Feria 4. Dom. 11. post Pentecost. 443*

*desinit à peccatis. I. Pet. cap. 4. At qui appetitus inordinatos mortificat, patitur.*

**MEDITATIO CCXLVIII.**

*Feria 4. Domini 11. post Pentecost.*

*De quatuor signis eversa tyrannidis vitiorum.*

**V**idebo regnum vitiorum quadripartitum, in peccata, in malos habitus, in passiones, & in tentationes. Petam explere illud Apostoli: *Odiens malum. Ad Rom. 12.*

*Conf. 1. Signa diminutionis peccatorum esse octo. 1. Nunquam deliberatè peccare. 2. Nec indeliberatè venialia gravia 3. Nec levia contra multas species. 4. Nec contra paucas. 5. Nec levia periculosa. 6. Nec Dei cultum concernentia. 7. A lapsu tantocytus dolere. 8. Zelare in alijs idem.*

*Conf. 2. Signa extirpatorum habituum pravorum esse quinque. 1. Si minor sentiatur ad peccatum inclinatio. 2. Si major facilitas ad resistendum. 3. Si averfio ab antiquis affectibus. 4. Si positiva difficultas ad facta olim peccata. 5. Si moralis impotentia.*

*Conf. 3. Signa refrenatarum passionum esse quinque. 1. Nunquam ab ijs pertrahi ad offensam Dei, vel proximi. 2. Neque ob perturbationem, vel inclinationem ab ijs abduci. 3. Rarò, & quasi speculativè ab ijs excitari.*

*Et Pentecost.  
Tunc est salu  
eritate, ut  
Deus, quant  
ent! vel hu  
tis recipim  
omine Det  
Habet B. Bi  
n JESU &  
quam bene  
tâ, ut: Tace  
e gratias a  
edictus ille,  
denique re  
bi: *Resistit*  
Hac veritat  
consensero  
quam vicia  
apparentis  
le quia vir  
cernat ma  
o. Optime  
sui quærit:  
procedunt  
cum affli  
affligendo  
vel appa  
qui patitur  
desinit*